

Quâ definitione positâ vasa colligimus, & DEO O.
M. pro concessis viribus immortales agimus gratias. Is
studiis nostris porrò ex alto benedicat, & benigniora fata
nobis donet; ut limatiora impolitis & tumultuariis his
schediis dare posthac possimus: Idq̄ve faciat per Chri-
stum Dominum nostrum, Amen!

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I. *Veritatem nullâ re jam magis oppri-
mi, quàm Aristotelis nomine, docet
Experientia. Multi enim illi, tan-
quam Sisyphio Saxo adhærescunt,
volvunt & revolvunt illius scripta,
neque vel oculum unquam in Thea-
trum Naturæ aut Politicæ attollunt.
Johann. Adamus Osiander obser-
vation. ad Grot. p. 86.*

II. *Fœmina adultera gravissimè est
punienda. Nam marito subjicit a-
lienos liberos, quos cogitur ipse ale-
re: & hâc ratione familiæ integritate
gravissimè lædit.*

D 2

III. Lex